— 10) *Syriae.* — 11) *Iudaeae.* — 12) *Arabiae.* — 13) *Aegypti.* — 14) *Numidiae.* — 15) *Hispaniae.* — 16) *Norici.* — 17) *Raetiae.* — 18) *Sub Severo in Mesopotamia.* — 19) *Sub eodem in Italia.* — 20) *Sub eodem in Mesopotamia.*

2289 Genio | leg. VII [*G. f.*] | L. Attius | Macro | leg. Aug.[1]

Leon Hispaniae (II 5083 Huebner vidit ectypum). — 1) *Consul suffectus fuit a. 134 (dipl.), postea legatus Pannoniae superioris (III 4359).*

2290 Genio sancto | legionis[1] et comma|nipulorum bonorum, | Q. Caecilius Kalendi|nus optio posuit.

Ex Aegypto Bononiam adlata (III S. 6577 vidit Bormann). — 1) *Videtur significari legio secunda Traiana.*

2291 Genio castrorum | leg. III Aug., pro | salute et incolu|mitate dd. nn. | impp. *! ! ! ! !* | *! ! ! ! ! ! ! ! !*[1] | M. Aurel. Decimus | v. p. p. p. N.[2] ex prin|cipe peregrino|rum, votum | solvit ⟨devo|tus [*numini maies*]|tatique eius⟩.[3]

Lambaesi (VIII 2529 descr. Renier). — 1) *Erasa esse nomina Carini et Numeriani probabile est, collatis aliis eiusdem praesidis titulis Numidicis, supra N. 607. 609.* — 2) *Vir perfectissimus praeses provinciae Numidiae.* — 3) *Quae uncis inclusimus, remansisse ex vetustiore titulo deleto ait Renier.*

2292 Genio | leg. IIII F. f.[1] [*et*] | dd. nn. Dioc[*let*]|iani *! ! ! ! !* | *! ! ! ! !*[2] Augg., | [*A*]urel. Maxim| . . ius expraef. | leg. eiusdem, | votum posu[*it*].

Semendriae, postea Belgradi (III 1646 cf. Eph. ep. 2, 484 ter descripta saec. XVIII). — 1) *Legio quarta Flavia felix cum septima Claudia per saecula Moesiae superiori praesedit. Harum certe altera, septima Claudia, stativa habuit Viminacii (Kostolatz) cf. Mo. (III p. 264); ubi fortasse hic quoque titulus olim positus fuit.* — 2) *Verba* et Maximiani *erasa esse apparet (cf. supra N. 627. 630).*

2293 I. o. m. | vexillatio | [*l*]eg. VII G. f., | [*s*]ub cura | [*I*]uni Victo|[*r*]is Ɔ leg. ei[*u*]sd., ob na|[*t*]alem aquilae.

Emporiis (Ampurias) rep. a. 1871 (II S. 6183 vidit Huebner).

2294 I. o. m. | Sabasio | [*c*]onservatori, | honori aquilae | leg. XXII Pr. p. f. | . . . . | . . . . Germanus | . . . | . . | . . . | . .

Moguntiaci rep. a. 1886 (Keller Westd. Zeitschr. 6 p. 80; eadem descripta saec. XVI, sed male, ap. Orell. 1261 = Bramb. 972).

2295 dis militaribus, | Genio, Virtuti, A|quilae sanc., signis|que leg. I Ital. Seve|rianae[1], M. Aurel. | Iustus domo Hor|rei Margensis m.[2] | Moesiae superio|ris, ex CCC p. p.[3], | d. d. *(In latere)* dedic. XII kal. | Oct. Iuliano | II et Crispino | cos.[4], | [*pe*]r Annium Italicum[5] | leg. Aug. pr. pr.

Prope Bukarest in villa ducis Mavros, incertum ubi reperta, iam Bukaresti (III 6224. III S. 7591 vidit Domaszewski). — 1) *Castra legionis primae Italicae, inde a Vespasiano in Moesia tendentis, primum fortasse Durostori fuerunt, si credimus Ptolemaeo 3, 10, 10, ubi tamen iam sub Antonino Pio non primam Italicam, sed undecimam Claudiam fuisse titulus III S. 7474 docuit (cf. Domaszewski III S. p. 1349),*